scriptionibus quibusuis dotem sibi Recognoscen competentem praeseferentibus eosdem Parentes suos quietat emittit dimittit et liberum absolutumq fuit et perpetuo pronuntiat. atq easdem Inscriptiones in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat nullumq robur et valorem habere declarat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Bilinska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Anna Bilinska Nobilis olim et Venerabilis Andreae Bilinski Rectoris graeci Praesbyteri cum Nobili Anna Krajkowska Conte ... procreata filia Nobilis vero Iwko ... Bilinski Nobilis olim Nicolai ... Jarostowicz cum Nobili Marianna Winnicka Consorte eius procreati fily Consors Legitima cum eiusdem marito suo uti Tutoris Coniugalis personaliter assistent et actoritate ad infrascripta recognoscenda consensu Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus suis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quoad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in ... subyciendo palam libere publice ac ... recognouit. Qua sibi Recognoscenti de bonis paternis et maternis se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis Legitime concernentibus per manus Nobilium Luc... et Venerabilis ... Rectoris graeci Praesbyteri Bilinski ... fratrum suorum germanorum plenarie et totaliter satisfactum est ob quam eiusmodi satisfactionem dotisq realem et effectuam personalionem bonis eisdem in manus eorundem fratrum suorum abdicat abrenuntiat et resignat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.